



## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

70. De coelibatus & castitate sacerdotum & clericorum, & poena  
co[n]trahentiu[m] nuptias.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](#)

titum est, per quas dudum cohærentes vxori-  
bus, non perscrutamur, omne præteritum re-  
linquentes, de cætero autem nulli permitten-  
tentes à positione legis vxorem habenti talem  
imponi ordinationem, quam legem etiam  
nunc renouamus, ne forte si præter hoc ali-  
quid fiat, & ipse cadat sacerdotio, & ordinan-  
tem similiter excludi procuret. Igitur ordi-  
nandus Episcopus, aut ex monachis, aut ex cle-  
ricis, sit etiam in huiusmodi vita testimonij  
boni, vita bonus & honestus, & gloria fruens  
bona, & hoc fundamentum pontificatus depo-  
nens suæ animæ.

*Iustinianus Imper. in eadem authent. §. Hec  
autem. Decœlibatu & castitate sacerdo-  
tum & clericorum, & pœna contrahentium  
nuptias.*

## C A P. L X X.

**Q**Væ de Deo amabilibus episcopis secun-  
dum diuinæ regulæ sanciuimus, eadē  
& de religiosis clericis constituimus.  
Neque enim secundas habentem, aut eum qui  
habuerit nuptias, ordinari in diaconum, aut  
presbyterum permittimus, neque si mulieri  
coniungatur se iunctæ, & proprium virum de-  
relinquenti: sed neque si concubinam habeat,  
sed ipsam vxorem, si cum castitate & ex virgi-  
nitate sit. Nihil enim sic in sacris ordinatio-  
nibus diligimus, quam cum castitate viuëtes,  
aut cum vxoribus non cohabitantes, aut vnuſ  
vxoris virum, qui vel fuerit vel sit, & ipsam ca-

Gg 5 stita-

titatem eligentem, primum principium & fundamentum manifestum secundum diuinas regulas, & residue virtutis constitutam. Si autem aliquis presbyter aut diaconus aut subdiaconus postea ducat vxorem, aut concubinam, palam, aut occulte, sacro statim cadat ordine & deinceps idiota sit. Quod si & lector secundam ducat vxorem propter quendam & hoc ferian irrecusabili necessitate, nullatus ad altiorem accedat gradum, neque perfruatur gradu maiori in sacerdotio, maneat autem in eodem gradu perpetuò, sed non ad tertias veniat nuptias: satis est enim si ad secundas. Si verò tale aliquid egerit, & ad secundas veniens nuptias, ad maiorem gradum venire festinauerit, exinde idiota erit & laicus, omnino sacro ministerio cadens. Pudicè etenim nobis per omnia pertinet viuere. Si enim tales constituti ij, qui in clero adducuntur, ordinantur, facilis eis ad episcopatum ascensus erit, & ex multis bonis viris facilius inuenientur, qui adducantur ad primum gradum sacerdotij digni.

*Justinianus Imper. in. l. N° semper. C. de Episcop. & cleric. De sacerdotum & Episcoporum officio, & quare Ecclesia ad sacerdotium et Episcopatum, non nisi continentem admittat.*

C A P. L X X I.

**N**O S semper omnibus modis sacrosanctis Ecclesijs prouidentes in honorem &